



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

III. Ab Elect. Sax. Wittenbergam euocatur ad profess. hum. liter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO
1517.
III.

suppeditauit, & eidem typographo librum suum de verbo mirifico dedit excudendum.

Electoris
litteræ ad
Reuchlinū
Camer. fol.
24.25.

Sub hoc tempus Fridericus Elector Saxonix multum laborabat, vt Vniuersitas, quã, anno 1502. VVittenbergæ primum erexerat, in omni studiorum genere floreret. Desiderabat verò græcæ linguæ professionem: qui politioris litteraturæ studium in Academia noua feliciter excitaret: Qua de re litteras ad Reuchlinum dedit, hominem ob græcæ hebraicæque linguæ cognitionem id temporis apud omnes celebratum. Hic Melanchthoni autor fuit, vt professionem hanc in Academia VVittenbergenſi susciperet: quod cum non difficulter persuasisset, Electorem Fridericum in eâ de re per litteras certio-

Anno 1517.
Wittenber-
gam inui-
tatur.

Vitus orat.
de Mel q. 4.

fecit. Id fuit anno Christi 1517. quo Lutherus Indulgentias oppugnare cœpit, & Ecclesiæ turbandæ fecit initium.

Studium
Wirtēber-
gici in Me-
lanchth.
retinendo.
VVittēberg.
in vit. eius
b. 4.

Interim Vlricus VVirtenbergenſis Dux, cum Melanchthonem auocandum intelligeret, vt Tubingæ retineret iuuenē hunc, Ecclesiasticum illi beneficium obtulit: ad matrem quoque Melanchthonis viduam litteras dedit, monuitque vt filij animum hanc in partem flecteret. Verum ille, cum alienus esset ab Ecclesiastico vitæ genere, conditionē hanc repudiavit, & VVittenbergam, anno sequente 1518. profectus, operam suam locauit Electori, atq; in ea Vniuersitate bonas litteras, græcas imprimis, multorum cum applausu docere cœpit.

Cum

Cum Tubinga VVittenbergam proficisceretur, in itinere Norinbergam venit; ubi cum VVilibaldo Pirckheimero viro nobili, atque eruditionis nomine multum celebrato amicitiam iunxit. Venit & Lipsiam, ibique Petrum Mosellanum litteris humanioribus insigniter excultum salutavit. Dum isthic moraretur, honoris causa conuiuio fuit exceptus in Collegio quodam istius Vniuersitatis præcipuo; & magnificè quidem. Quoties enim nouum fuit appositum ferculum, prodijt vnà quispiam, qui Melanchthonem oratiuncula quadam compellauit. Ille semel atque iterum respondit pro re nata. Cum verò fercula multiplicarētur, Melanchthon, Obsecro vos, inquit, viri clarissimi, patiamini me auditis orationibus cunctis ita demum semel respondere. Nam re improuisa non accessi ad toties dicendum necessaria varietate instructus: Hoc sermone factum est, vt illæ tam crebræ compellationes demum omitterentur.

Venit autem VVittenbergam ad vigesimum quintum Augusti, cum annum ætatis vigesimum secundum ingressus esset; Lutherus, cum excellenti præditum ingenio, & in litteris humanioribus diligenter versatum animaduerneret, magni fecit Melanchthonem, eumq; cōtinuò partibus suis adiunxit: Quod non fuit admodum difficile; cum iuuenis esset, & iã ante iuuenili quadã temeritate lectis Lutheri lucubratiunculis satis sua sponte

ANNO 1517. & 18. Noribergã venit. Inde Lipsiam.

Ab vniuersitate conuiuio excipitur.

Anno 1518.

IV.

Wittenbergam venit. A Luthero fasciatur. Luth. tom. 1. ep. pag. 82 b. ad Spalat. Vitus R. 1.